



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De Ecclesia Catholica, eiusq[ue] templis & oratorijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

habet. Itaque illius saltem erimus imitatores: siquidem ratio ipsa consilia meliora subijcere non valeat. Equidem ad te hac, veluti productor tuus & parens. Consilij autem nostri iudicem habebis potestate ab affectione omni & muneribus incorruptam, simul & virtutes ipsas remunerantem, & vitia coercentem.

armatus: an dederit eum quide natura, sed vsurp illi tantum negauerit: Istud constat Imperatorē aculeo non vti. Flin. lib. 11. cap. 17.

DE ECCLESIA CATHOLICA NONNIHIL EIVS- que Templis & Oratorijs.

Ecclesiam esse matrem Imperij, suos in quiete conseruare, & qui ab ea separentur, hic demonstratur: cetera ex subiunctis capitulorum titulis cognoscuntur.

IUSTINIAN. IMP. IN PROOEM. AVTH. v. determinatus sit numerus clericorum.

Ecclesia Catholica est Romani imperij mater.

Pax Ecclesie, religionis vnitas, authorem facti in sublime prouectum, grata sibi tranquillitate custodit. l. inter clara. §. nam pax. C. de sum. trinit. & fid. cath.

IUSTINIAN. IMP. IN EDICTO AD POPULUM Constantinopolitanum, quod misit ad Ioan. Papam II. §. quod aucti & Dominus.

Christus eos qui non permanent in verbo veritatis ipsius, separatos esse ab Ecclesia dicit in Euangelio secundum Ioannem, Iudaeos alloquens. sic ait: Omnis qui facit peccatum, seruus peccati est; Seruus autem non manet in

Ioan. cap. 8. Hec eadem verba recentetiam glo.

in l. fi. §. pen.
sup. ver. seruo.
C. de sent.
pass. & restit.

domo in æternum, filius autem permanet
æternum. Quodd autem Dominus nomen
domum, diuina scriptura Ecclesiam Dei
vocat, Apostolus testatur in Epistola prima
Timotheum, &c.

IN §. OPORTEBAT AVTEM
eod. Edict.

Hæreticos p
se & alijs ra-
tionem red-
dere debere.

SI quis post Catholicam confessionem,
hæreticorum condemnationem, saluo ma-
nente pio intellectu, de nominibus, vel syllabi-
bis, vel dictionibus contendens, separat
sancta Dei Ecclesia: tanquam non in rebus
sed in nominibus solis & dictionibus pos-
nobis pietate, talis, vtpote dissensionibus qua-
dens, rationem pro semetipso, & pro deceptis
& decipiendis ab eo reddet magno Deo,
Saluatori nostro Iesu Christo, in die iudicii.

DE IURE ECCLE- SIÆ ET POENA VIOLATORVM.

LEO ET ANTHEMIVS IMPER. IN
l. iubemus. C. de sacros. Eccles. &c.

Ecclesiæ iura
manere debent
integra.

Ecclesiæ reli-
gionis & fidei
mater.

EA quæ ad beatissimæ Ecclesiæ iura perti-
nent, vel posthac fortè peruenierint, tan-
quam ipsam sacrosanctam & religiosam Ec-
clesiam intacta conuenit venerabiliter cultu-
diri, vt sicut ipsa religionis, & fidei mater per-
petua est: ita eius patrimonium iugiter seruetur
illæsum.

ARC.

Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit, vt in Ecclesias Catholicas iruens, sacerdotibus, & ministris, vel ipsi cultui locoq; aliquid importer iniuriae, quod geritur à prouinciae Rectoribus animaduertatur: atque ita prouinciae moderator sacerdotum & Catholicae Ecclesiae ministrorum, loci quoque ipsius, & diuini cultus iniuriam capitali in conuictos, seu confessos reos sententia nouerit vindicandū: nec expectet vt Episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile, factas atroces sacerdotibus, aut ministris iniurias, veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Quod si multitudo violenta à ciuilibus apparitoris executione, & adminiculo ordinum, vel ordinatorum, possessorumue, non poterit flagitari, quod se armis aut locorum difficultate tueatur, Praesides prouinciarum etiam militari auxilio, per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur.

In Ecclesias
irruentium
poena.

Porrò de iuribus, et immunitatibus, quae sacrosanctis Ecclesiis, horumq; ministris sacerdotibus concessae sunt, plurimae ab Imperatoribus diuersis latae sunt leges, quas huc referre superuacaneum est, tamen etiam quod opus institutum in volumen usque cresceret.

DE FUNDATIO- NE ECCLESiarVM, EIVSQUE CAVSA ET EXPENSIS.

IVSTINIAN. IMP. IN L. XLI. (QVAE IN
nonnullis Codicib. xliij. est, & in recentioribus ponitur
in lib. præmissor. class. 1.) C. de Episc.
& cler. &c. circ. fin.

NOTA. Eccle-
lesias edificari
vt in ijs fiat
sacra Litur-
gia, id est, Mis-
sa celebren-
tur. &c.

Qui constituerunt, vel fundarunt sancti-
mas Ecclesias, pro sua salute, & com-
munis reipublicæ, reliquerunt illis substantiam
vt per eas debeant sacra LITURGIAE fieri
& vt in illis à ministrantibus pijs clericis Deo
colatur.

IVSTINIAN. IMP. IN PRO O E M
Auth. Vt determ. sit num. cleric. s. inueffigantes.

Ecclesiarum in
ædificatione
quid confide-
randum.

His consenta-
ria sunt, qua
de diuidendis
in quatuor
partes bonis
Ecclesiasticis,
in varijs Sy-
nodis statuta
sunt: vt in A-
relatensi. c. 22
Carthaginen.
c. 7. Antióche-
na c. 7, 21, 22.
24. & 25. &
Sarditen. c. 1.

Inuestigantes vndiq; inuenimus, quomodo
singuli eorum, qui sanctissimas Ecclesias
edificauerunt, non pro ædificio solum cogita-
uerunt, sed etiam vt expensas sufficientes con-
ferrent à se factis, venerabilibus: & determinatis
quantos quidè competēs esset Presbiteros pe-
tinā quamq; Ecclesiā, quantos Diaconos ma-
sculos atq; feminas, quantos Subdiaconos
rursus cantores atq; lectores, & ostiarios con-
tinerent: & super hæc etiam Oratorij expensas de-
finierunt, & redditus proprios dederunt, suffi-
cientes ijs, quæ à se constituta sunt.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. VT NVL-
lus fabric. orator. dom. &c. in prin. coll. 5.

Aliqui nominis causa, non ad opus sancti-
ficarum Ecclesiarum accedunt, deinde eas ædifi-
cantes

ficantes, nequaquam curam ponunt, vt expensas quoq; eis deponant decentes, & ad luminaria, & ad obseruantium alimenta, & ad sacra ministeria, sed deserunt eas, & in nudis edificijs constitutas, &c.

Nota. Etiam in veteri Ecclesia luminariorum fuisse vsum in templis.

De inauguratione seu prima consecratione, ac auspicio edificandarum, constituendarumq; Ecclesiarum apud antiquiores Catholicos, dicitur infra, vbi tractabitur de imaginibus & sancta cruce.

IUSTINIAN. IMP. IN D. AVTH.
§. Deinde non aliter.

Non aliter quempiam Ecclesiam ex nouo edificare permittimus, priusquam loquatur ad Deo amabilem Episcopum, & definiat mensuram, quam deputat ad luminaria, & ad sacrum ministerium, & ad incorrumpenda domus custodiam, & obseruantium alimenta.

Ecclesiam in scio Episcopo edificari non debere.

IUSTINIAN. IMP. IN NOVELLA, DE his qui eccles. vel Orato. aedifi. vol. Const. 61.

Aedificaturus Ecclesia, vel oratorium prius loquatur Episcopo, & praefinat modum, qui ad luminaria & sacrum ministerium, &c. sufficiat, & si haec sufficientia visa fuerint, faciat prius donationem eorum, postea que domum aedificet.

De his & similib. Nouellis vide etiam apud Iulianum Patricium, Constantinopolit.

IUSTINIAN. IMP. PER TOTVM AVTH.
De non alienan. aut permutan. reb. Ecclesi. &c.

Porro ne liceat vlli Ecclesiae, monasterio, vel alij pio loco venditione, donatione, permutatione, vel alijs quibuscumq; modis seu contractibus alienare bona Ecclesiastica (quanti minus de facto spoliare) seuerè atq; districte praecipit idem Iustinian. nõ solum

in hoc authentico, sed extant de isthac prohibitione plurima alia iura, quæ quisq. suis locis reperire si postulauerit, facile poterit. Huius autem Authentici hic loci solum facere mentionem volui, pro retundenda libidine non tantum alienandi, quantum diripiendi Ecclesias, qua libidine hoc nostro miserando sæculo nonnulli Magnates Hereticorum persuasione decipiuntur & capiuntur, tametsi indies suo damno cogantur quid auri Tolosani possideant.

IVSTINIAN. IMP. IN L. XX.
C. de hæret. & Manich.

Non posse in
testamēto re-
linqui hæreti-
cis concilia-
bulis.

Quæ Ecclesijs hæreticorum (quæ quidē Ec-
clesia ab his impudenter vocantur) reser-
uata sunt, à Catholica Ecclesia vindicentur.

ECCLESIAS NUL-
LA MOLESTIA, SED HONORĒ
Afficiendas, & Hereticorum vsui Mi-
nimè concedendas esse.

MARTIAN. IMP. IN L. DENVNCIANUS.
C. de his qui ad Eccles. confug.

In tēplis quie-
t. agendum.

Denuncianus vobis omnibus, vt in sacro-
sanctis Ecclesijs, & in alijs quidem venera-
bilibus locis, in quibus cum pace & quiete vo-
ta competit celebrare, abstineatis ab omni se-
ditione: nemo conclamationibus vtatur, ne-
mo moueat tumultum, aut impetū commi-
tat, vel conuenticula collecta multitudine &c.
Nam si quis aliquid contra leges à quibuslibet
sibi existimet perpetrari, liceat ei adire Iudicē,
& legitimū postulare præsidium. Sciant sa-
nè omnes, quòd si quis contra huius Edicti
normam

In Ecclesia
tumultū mo-
uere capita-
liter punitur.

normam aut agere aliquid, aut seditione mota tentauerit: ultimo supplicio subiacebit.

IUSTINIAN. IMP. IN L. I. C. DE
off. praefect. prae. Africa.

Vandali in Africa saeuientes ipsas quoque DEI sacrosanctas Ecclesias suis perfidiis maculabant: aliquas vero ex eis stabula fecerunt.

Vandali Ecclesiarum vastatores.

Iustinianus hic mentionem facit cladis, quam Vandali intulerunt Christianis Catholicis in Africa, cum duce Gensericho ipsorum rege Carthaginem (que per annos quingentos octuaginta quinque sub Romani Imperij ditione fuerat,) occupauerunt. De qua historia eleganter apud Nicephorum lib. 17. cap. 11. cum sequent. et glo. in proem. Instit. 6. quorum. sup. verb. et bellicos. et sup. ver. prouincia. Fuerunt autem Vandali Arriana haeresi infecti, ideoq. ex Barbaris Barbariores facti, quorum mores imitari passim nostri temporis haereticos videmus.

ANASTASIVS IMP. IN L. SI QVI OR-
thodoxa. C. De haeretic. & Manich. &c.

Principem vndique ad hunc exitum prouidentia ducere debet, vt omnipotentis Dei templa (in quibus nostrae fidei instituta perdurant) cultu assiduo per omnia secula rediuiua seruentur. Nec enim dubitari potest, si in haereticos tales veniant possessiones, in quibus verae fidei Ecclesiae, vel Oratoria constituta sunt, & integritas colitur, omnimodo ab his deseri, atque destitui, & omni cultu vacante, omnibus sacris et solitis viduari MYSTERIIS, omni splendore priuari, nullis populorum

Principis studium circa templorum conseruationem.

Haeretici quomodo Ecclesias tractent.

rum conuentionibus, nullis Clericorum obseruationibus celebrari, & ex hoc sine dubio easdem Ecclesias perire, ruere, complanari. Nec enim de earum instauratione hæretici peruerunt aliquando cogitare, quas penitus nolebant.

THEODOSIUS ET VALENTINIANUS

Imp. in l. 3. §. arma quoq; C. de his qui ad Eccles. conueniunt.

Arma in templis ferri prohibetur: tamē videm⁹ hodiē

quosdā Antifites, ne dūm

Laicos armato facillito

Ecclesias non solū ingredi,

sed armatis etiam cincti,

quod horrendum est, sacri

facere, tamen si necessitas ho-

stilis nusquā appareat: vsq;

ad eō diuino auxilio diffidere videmur.

Ecclesiarum violatores pri-

uilegio ad ecclesias confu-

gendi nō gaude-

re.

Arma non modò à summi Dei templis diuinis Altaribus prohibentur, sed et in cellulis, domibus, hortulis, areis atq; portibus. Hos enim, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant præmonemus, ut non tem telis cincti, quouis Ecclesie loco, vel in templi septa, vel circa, vel extra sint, statim vt arma deponant auctoritate Episcopi, alijs Clericis seuerius conueniri precipimus. Ita eis fiducia, quod religionis nomine melius quàm armorum præsidio muniantur.

IUSTINIAN. IMP. IN AVTH. VT IN

mart. & auia &c. §. Quia verò ita comperuntur.

Comperiuntur aliqui ita impij, vt etiam in

venerandis domibus præsumant in talibus

se miscere sceleribus, & ibi de peccatis tractare,

vbi consueuerunt Deum timentes peccatum veniam postulare, tales debent sustinere

tormentum secundum leges, quæ statutum est: nec

gita à sanctissimis Ecclesijs vindicari: nec

huiusmodi personæ in venerabili locum munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt. Quis enim ibi delinquit, ubi salutem petat?

DE A SYLLIS EC-
CLESIA RVM.

THEODOSIVS ET VALENTINIAN.

Imp. in l. 3. C. De his qui ad Eccles. confug. &c.

Pateant summi Dei templa timētibus, nec sola Altaria & oratorium templi circumiectum, qui Ecclesias quadripartito parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita: sed vsq; ad extremas fores Ecclesie, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse præcipimus, vt inter templum, quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica, & ianuas primas Ecclesie, quicquid fuerit inceriacens, siue in cellulis, siue in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus confugas interioris templi vice tueatur.

Ecclesie quo-
usq; pateant
ad eas securi-
tatis causa cō-
fugientibus,

Lex ista reperitur etiam in C. Theodosiano, & in Photij Nomocanone. tit. 5. cap. 1. & tit. 9. cap. 27. Et in lib. prætermis. Cod. Iustinianei classe. 1. fol. 12 col. 3. Eius quoq; meminit Harmenopolus lib. 2. Prochiri. tit. 9. Scribit Otho lib. 4. Chronic. cap. 19. Eutropium, qui persuaserat Imp. Arcadio & Honorio, vt legem ferrent, qua liceret eos, qui ad Ecclesias confugerent inde abstrahere, in id discrimen adductum fuisse, vt cogeret ad Ecclesiam confugere propter Imperatoris indignationem, sed eo iure vti prohibitum fuisse, vt qui contrariam legem suasisset. Idq; diuino iudicio factum ei à Ioanne Chrysostomo exprobratum fuisse, quod etiam tacite hac sua lege,

Theodosius

Theodosius iunior, qui illis successit, & legem eorum per hanc legem abrogauit. significat.

DE ECCLESIA HIEROSOLYMITANA.

Quanto studio dilexerit atq; persecutus fuerit Iustinianus Imp. decori domus Dei et quam enixè Catholicorum Ecclesiis (ex summam laudem meritis est) prospere se voluerit, inter alia pluriima, cognoscitur in eius nouella constitutione quadragesima ubi amplissimo fauore ac zelo pietatis precequitur ecclesiam Hierosolymitanam (que facta resurrectionis, forsitan etiam hodie vocatur) & simul mirabilem Dei & Domini in Iesu Christi dispensationem, qua ineffabilem multitudinem (deuotionis causa illuc concurrentem) quotidie excipiat, paucisq; sustentantibus. Si enim, inquit imperator, omnino Dominus & artifex dignatus est tantam illi dare prerogatiuam super ceteras ciuitates, ut ex ea secundum carnem resurgeret: manifestum est, quod & nos Dominum Deum, et mira eius opera, quantum in nobis fuit, imitantibus prerogatiuam aliquam ipsi supra ceteras Ecclesias dedimus: ut ipsa iam frui debeat infra lege, quam, ut feracitatem quandam Carphoriam illi depromimus, quod ipse commodum est imprimis eligentes atque stimantes. Auth. Vt Eccles. sanct. resurrexerit.

Nota miraculum quod in templo Hierosolymitano etiam Iustiniani temporibus fieri solebat.

Ecclesia Hierosolymitanae privilegium.

ædif. &c. coll. 10. Eamq; constitutionem scripsit ad Petrum Archiepiscopum & Patriarcham Hierosolymitanæ Ecclesiæ.

QUID CURÆ AC SOLICITVDINIS ADHIBERIT Imp. Constantinus Magnus in construendis instaurandisq; Ecclesiis.

Scribit Nicephorus Constantinum Magnum post rem bene gestam in concilio Nicæno, religionis amore incensum, ad vrbes & populos Romani Imperij prolixius etiam, quam antea, Epistolas dedisse, ut priori quidem errori nuncium remitterent. Catholicam autem doctrinam & religionem amplecterentur. Episcopos quoq; missa liberaliter pecunia, ad Ecclesiarum ædificationes excitasse, sumptusq; ad id abunde præbuisse. Libros itidem Ecclesiasticos manibus propriis describere & concinnare iussisse. Sed consilium animumq; scribentis certius indicabit Epistola eius, ad Eusebium data, quæ sic habet.

Niceph. lib. 8. cap. 17. Ecclesiast.

VICTOR CONSTANTIN.

Max. A. Eusebio.

Tantisper dum ad hoc vsq; tempus, impietas & tyrannis pro arbitrio suo ministros seruatoris Dei persecuta est, credo, atque adeo certè persuasum habeo, Ecclesiarum omnium opera, vel per incuriam pessum iisse, vel imminētis persecutionis metu, minus esse, quam dignitas earum postularer, perfecta, frater charissime. Nunc verò libertate reddita, ac ferente illo, Dei optimi Maximi prouidentia, atq;

atq; opera nostra à rerum publicarum administratione depulso, satis in apertum profectam esse arbitror apud omnes diuinam sententiam, eosque qui vel metu vel incredulitate, vel etiam peccato oppressi fuerant, eorum verissimè constat, cognito Deo, ad verum statumq; vitæ statum tandem peruenisse. In quibuscunq; vel ipse præes Ecclesiis, vel passim Episcopos, presbyteros, aut diaconos præesse nosti, eos admone, vt diligenter incumbant in opera Ecclesiarum, quæ superflua restauranda, vel amplificanda, vel hoc necessitas postulauerit recens extruenda. Petes autem & ipse & alij per te scriptus necessarios à præfectis & provincialibus Magistratibus. Diligenter namque eis preteras est mandatum, vt quæ à sanctitate sua delecta fuerint, ipsi exequantur. Deus te seruet, ter dilecte.

Hec de Ecclesiarum structuris non ad hunc locum sed & ad reliquos Episcopos scripsit. Quæ autem Eusebio Pamphili de librorum comparatione signatur, hic subiungam.

VICTOR CONSTANTIN.

Max. A. Eusebio.

Vide quoque
Euseb. in vita
Constantini
lib. 4.

IN cognomine nobis vrbe, seruatoris Deipitulate providentiâ, maxima hominum multitudo sanctissimæ Ecclesiæ nomen deiteseque ipsam illi dicavit: vt omnibus illis plurimum capientibus incrementi, faciendum omnino videatur, vt plures quoq; ibi construan-

ter Ecclesia. Quapropter quod iudicio nostro
 placuit (prudentiæ enim tuæ significandum es-
 seduximus) id libentissimè accipe, ut compa-
 ratis quinquaginta membranarum codici-
 bus, qui & ad euoluendum & ad portandum
 commodi sint, à notariis pulchrè scribendi pe-
 ritis, qui scilicet probè eam artem didicerint,
 describi cures diuinarum scripturarum libros,
 quorum instauratione & vsum Ecclesiis ma-
 ximè necessarium esse iudicaueris. Datæ enim
 sunt à mansuetudine nostra ad Catholicum
 & dispensatorem generalem prouinciæ lite-
 ra, ut omnia quæ ad eam rem parandam, q̄-
 moda sunt, præbenda curet. Porro vt quàm
 celerimè codices describantur & concinnen-
 tur, procurationis tuæ id fuerit opus. Duorum
 autem publicorum vehiculorum accipiendorum
 potestatem, ad librorum deportationem,
 auctoritas harum nostrarum literarum tibi
 meritò præbebit. Ita enim pulchrè descripti
 Codices quam facillimè ad nos perferri pote-
 runt, ex Diaconis Ecclesiæ vno ministerium
 id adimplente, qui cum in conspectum perue-
 nerit nostrum, benignitatè nostram experi-
 etur. Deus te seruet, frater dilecte.

Constantinus
 Ecclesiis Cō-
 stantinopoli
 extruendas,
 easque libris
 exornandas
 curat.

iatn...
 ...
 ...
 ...
 ...

IDEM CONSTANTIN. IMP. MACARIO,
 & reliquis Palestinæ Episcopis.

VNum idque maximum hoc est sanctissi-
 ma vestra sollicitudinis erga nos benefi-
 cium, quod execrabilium hominū vesaniā,
 quam apud vos exercent, cum ea nobis hacten-
 nus

nus fuerit incognita, literis ad nos missis significastis, ut peccatum hoc neglectum, non tardè, competenter & necessario remedio nos corrigatur. Est enim reuera maxima pietas sancta loca scelestis spurcitiis polluta. Quid est igitur, fratres dilectissimi, quod vestram fugiat industriam, quæ prædicta propria religionem erga Deum silentio tradere non potuit? Locum illum, qui ad quercum Martiæ appellatur, in quo Abrahamum habitum cognouimus, omnino à superstitionis quædam conspurcari, simulachrorum quæque quæ prorsus exterminentur, ad quercum locata esse, & aram ad stare proximam, ac sacrificia impura continuè offerri dicunt. Quod propter quoniam id à nostro horum temporum imperio alienum, & loci illius sanctum indignum apparet, honestati vestre notum esse volumus, significatū esse à nobis per litteras illustrissimo comiti & amico nostro Acaio, ut omni dilatione reiecta, et simulachra, quot prædicto loco reperta fuerint, igni tradantur, & ara funditis subuertatur, puniat, quæ quotquot post nostrum hoc mandatum impium aliquid in eo loco, ac supplicio dignum perpetraverint, quem puro basilicæ officio ornari præcepimus, quo clarus reddatur sanctorum hominum confessus. Quod si quod præterquam quod mandatum est acciderit, conueniet id clementiæ nostræ per litteras vestras sine omni cunctatione significari, ut deprehensum

In hunc locū
plura Niceph.
lib. 8. cap. 30.
& Euseb. in
vita Costant.
lib. 3.

Quercus Martiæ.

Constantini
studiū in ex-
tirpanda gen-
tilium super-
stitione.

prehensam transgressorem extremas subire
 poenas iubeamus. Haud enim ignoratis illic
 primùm sanctæ legis cultus initium capit: il-
 lic primùm seruator ipse vnà cum duobus an-
 gelis apparitionem suam Abrahamo largiter
 ac familiariter exhibuit: Illic Deus hominibus
 apparere cœpit: Illic Abrahamo de futuro il-
 lius semine prædixit, ac confestim promissâ
 præstitit: Illic patrem cum plurimarum gen-
 tium futurum prænucciavit. Quæ cum ita ha-
 beant, dignum fuerit, vt mihi videtur, locum
 hunc per nostram curam & purum seruari ab
 omni inquinamento, & ad priscam reuoca-
 ri sanctitatem, ne quid aliud in eo designe-
 tur, quàm vt conueniens omnipotenti serua-
 torique nostro, & omnium Domino cultus
 exerceatur, id quod vos debita cura seruare
 decebit: Siquidem mihi quæ singulariter pie-
 tati annexa, mihi quæ iucunda sunt, vestra vo-
 luerit præstare grauitas. Deus vos custodiat
 fratres dilecti.

Celebritas lo-
 ci Mambrae,
 vbi habitauit
 Abraham.

DE SACRIFICIO

MISSÆ.

Edidit Christianissimus Princeps Iustinianus
 peculiarem constitutionem, in qua vetat, ne in
 priuatis domibus celebretur mysteriū sacrificij Mis-
 sæ, sed tantum in publica Ecclesia, & in domibus ho-
 rum nihil concedi, nisi loca in quibus orationes, &
 psalmerum